

Quod monumentum absolutionis tibi Nicolao notario A nostro, ut scriberes præcipuum; et ut robur habeat, effigiem sanctæ crucis affiximus. Actum Beneventi in episcopio, mense et inductione nominata feliciter.

Ego Majorachi presbyt. me testem scripsi, atque tibus sacerdotibus nostris, vel cuncto clero.

Ego Aripaldus scribere me jussi et testes scribere.

ANNO DOMINI DCXV.

# SANCTUS AILERANUS

SCOTO-HIBERNUS ABBAS.

## NOTITIA HISTORICA IN AILERANUM.

(Fabricii Biblioth. med. et inf. ætatis.)

*Aileranus* alias *verius Aireranus*, *Ereranus*, *Scoto-Hibernus* cognomento *Sapiens*, presbyter et scolasticus seu ludimagister scholæ *Cluainerardensis* in Hibernia, seculo VIII ut videtur (post Columbani, Ultanum et Adomnanum), scripsit gesta sancti Patricii, et, quæ sola ætatem tulit, *interpretationem mysticam progenitorum Christi*, que cum *Columbani Scriptis* edita a Patricio Flemmingo, ord. Min., *Loranii* 1667, et recusa tom. XII Bibliothecæ Patrum Edit. Lugduu. 1677, pag. 37.

# SANCTI AILERANI

SCOTO-HIBERNI ABBATIS

## INTERPRETATIO MYSTICA PROGENITORUM CHRISTI.

(Bibliotheca Patrum, tom. XII, p. 39).

Opportunum videtur de nominibus genealogia do-

minicæ juxta mysticos, majorum duntaxat auctori-

\* Ante hoc opusculum babetur in Bibliotheca Patrum, tom. XII, p. 39, monitum sequens :

« Licet benigne lector, subjectus Ailerani nostri tractatus Columbani non sit, et proinde ex scopo presentis instituti ad hoc collectaneum per se non videatur spectare: tamen quia ita mole exiguae est, ut congrue seorsum edi non possit, et ingenio tam secundo, tam docto, sacrae Scripturae sensus depromit, ut quibusvis sacrarum litterarum studiosis, et divini maxime verbi præconibus, ejus evulgatio, sicut utilissima, ita et acceptissima futura sit, consultum putavi in insigne eximii viri monumentum diutius delitescat, illud collectio præsenti fasciculo Columbani sermonibus, ad lectoris utilitatem, adjicere.

« Circa ipsum porro Aileranum, Aireranum, vel Ereranum (ita enim varie legitur apud antiquos, tam Latinos quam Hibernicos scriptores; sed posteriori frequentius modo in vetustis Hibernicæ Menologiis scriptum reperitur) observandum duos hujus nominis in Hibernia sanctissimos olim viros, floruisse, quorum unus est *Ereranus* abbas Taunlactensis in *Lagenia sancti Mailruani* famosissimi archinuanitæ, et regule atque ordinis monastici conditoris, successor, eius festum Compilatio veterum Hibernicæ Menologiorum, neinpe sancti *Aenea* sive *Engussii* episcopi illi *Obleni beati Mariani* abbatis et D. Caroli Maguir, ponit ad 14 Augusti. Sed cum hic *Ereranus*, licet sapiens (quo etiam cognomine ipsum inscribit) nihil

tate perceptos, exponere intellectus; eo utique sensu imprimis posito, ut quomodo in Dominum nostrum

præter suam monasticam regulam scripsisse legatur, et abbas fuerit, haberi non debet auctor præsentis opusculi, ab aliquo celeberrimo scriptore, non tamen abbate conscripti. Alter fuit *Aireranus* cognomento *sapiens*, presbyter scholasticus, seu ludimagister celeberrimus scholæ *Cluainerardensis*, multorum milium discipulorum, sanctitate et litteris illustrum nutritius, cui vere tribuendum videtur opus subscriptum; præter quod, inter alia legitur edisse vitam sancti Patricii; nam in Epitome ms. Hibernica de gestis sancti Patricii, que incipit : *Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, irrefragabiles apud nostrates autoritates, sub finem inter alios Vitæ sancti Patricii scriptores refertur Aireranus*; ita enim habetur : *Hi sunt sancti seniores et sapientes Hiberniae, qui signa et virtutes Patricii scripserunt, et collecta nobis tradiderunt, sanctus Columba Cellarum, sanctus Ultanus (alter ab illo Fossensi in Belgio,) sanctus Adomnarus, sanctus Areranus sapiens, sanctus Chieranus, etc.* De eodem quoque Arerano iam memoratus sanctus *Aeneas* episcopus qui eximia sanctitas et doctrina laude floruit sub finem octavi seculi, regnante *Hugone Honorato*, seu *Ordnitha*, filio *Nielii Nimbosi*, totius Hibernicæ Monarchæ, in suo Martyrologio metrico elegantissimo et fidelissimo, ad 29 Decembris ita meminit : *Aireran an teagnaibus, hoc est, Aireranus cognomento sapiens; cui consenserit Martyrologium Subense in Bavaria, in quo sic*